Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

timeas quę passurus es. idē quicq̄d a iudeis falsis
quicq̄d a falsis frib; uel paganis in iuriarū lesio
nūq; ptuleris. pro q̄d transeunt ne formides. Hoc
ē q̄d in euglio dicit fidelib;. Nolite timere eos qui
occidunt corpus. animā autē non possunt occi
dere. Ecce missurus ē diabolus ex uobis in carcerē.
ut temptemini. & habebitis tribulationē diebus
decem. Hinc liquido iam claret. diuersas in uno
angelo psonas alloqui. Premisit enī diuina uox
quasi ad unū loquens. nichil horū timeas quę
passurus es. nunc ō adiungit tamquā. ad multos.
ecce missurus ē diabolus ex uobis in carcerē. carce
ris autē nomine omnis tribulatio passionū intel
ligit. quā sci ppessi sunt a diabolo. qui p membra
sua diuerso modo eos cruciat. recludens in carceribus
& diuersis ac uariis afficiens tribulationib. Quod
autē non ait. missurus ē diabolus uos in carcerē.
sed ex uobis. ñ ad omne corpus angeli pinet. q̄d con
stat ex scis & reprobis. sed illos uult intelligi. qui
ex illatis tribulationibus. uictores existunt. Qui
ideo temptantur ut pbentur. ideo pbantur ut coronentur.
Dicit itaq;. Ecce. idē in presenti tempore missurus
est diabolus p membra sua. sicut fuit nero. domi
cianus & ceteri ex uobis in carcerē. idē in diuersas
afflictiones. ut temptemini iuxta illud. Beatus
uir qui suffert temptationē. & cetera.
Et habebitis tribulationē diebus decem. Per
dies decē quib ecclia tribulatur omne / presens
temp intelligit. in quo / decalogi